

Quaestiones

Harum autem optima quidem regum. pessima autem timocracia. Transgressio autem regni quidem tyrannis. ambe enim monarchie. Differunt autem plurimum tyrannus quidem enim sibi ipsi conferens intendit. rex autem quod subditorum. Non enim est rex qui non per se sufficiens et omnibus bonis superexcellens talis autem nullo indiget. Utilia igitur sibi ipsi quidem non utique intendit. subditis autem qui enim non talis erit. clerotes utique quidem erit magis quam rex tyrannis autem ex contrarie tate huic sibi enim bonum persequitur et manifestus in hac quoniam pessima. et pessimum autem contrarium optimo. transgreditur autem ex regno in tyrannides. prauitas enim monarchie tyrannis malus autem rex tyrannus sit. Ex aristocracia autem in oligarchiam malicia principum qui tribuunt que ciuitatis preter dignitatem et omnia vel plurima bonorum sibi ipsi et principatus semper eisdem de plurimo facientes ditari pauci ergo principantur et mali prohibes qui maxime epyeikes. Ex timocracia autem utique in democraciam. Conterminales enim sunt he. Multitudinis enim vult et timocracia esse et equales omnes qui in honore ne minimum enim precio autem malum est democracia in paruus enim transgreditur politice speciem. Transmutant quidem igitur maxime sic politice. Manifestum enim sit et faciliter transgrediuntur. Similitudines autem ipsarum et velut accipiat exemplum aliquis utique et in domibus. Patris quidem enim ad filios communicatio regni habet figuram. filiorum enim patri est cura. hinc autem et Homerus iouem patrem appellat. paternus enim principatus vult regnum esse. In persis autem qui patris tyrannicus vultur enim ut seruis filijs tyrannicus au-

versoris

tem et qui domini ad seruos. Domini enim conferens in ipso operatur. et hic quidem igitur rectus videtur persicus autem peccat. Differentium enim principatus differentes. Viri autem et uxoris aristocraticus videtur secundum dignitatem enim vir habet et circa hec que optet virum. quecumque autem uxori congruunt illi reddet. Omnium autem dominans vir in oligarchiam transponitur preter dignitatez enim ipsius facit et non quod melius. Quandoque autem principantur uxores heredes existentes non itaque sunt secundum virtutem principatus. sed propter diuitias et potentiam quemadmodum in oligarchijs. Timocraticus autem videtur qui fratrum equales enim. tamen in quantum etatibus differunt propter quod si multum etatibus non adhuc fraterna amicitia fit. Democracia autem maxime quidem in his que sine dominatione habitationum hic enim omnes ex equali in quibus debilis qui principat et vnicuique potestas.

Queritur decimotercia

Verum secundum tres species politice distinguende sunt tres species amicitie inter personas inuales. Arguitur primo quod non. quia in qualibet specie politice est habitudo principantis ad subditum. sed inter tales est dissimilitudo. Arguitur secundo. inter dominum et seruum non est amicitia. ut dicit philosophus. sed principans se habet ad subditum sicut dominus ad seruum. igitur inter eos non est amicitia. Arguitur tercio. enim tres sunt species politice. sed multo plures sunt species amicitie. ut patris ad filium. viri ad uxorem. fratrum cognatorum et consanguineorum ad inuicem. igitur.

In oppositum est philosophus qui postquam ostendit quod species amicitie reducuntur ad politicam communicati onem. Consequenter distinguit secundum distinctionem politice communicationis. Et primo distinguit politicas communicationes ab inuicem. de quo in presenti questione. et. Secundo distinguit secundum eas species amicitiarum de quibus in questione sequenti. Et adhuc distinguit primo species politice communicationis de quo in primo articulo. secundo ad eam